



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 127. Legati ad Burgundum a Rege missi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sæcul. XV.  
A. C. 1464.

clam sese periculo subduxit; id vero eo  
vehementius Ludovici animum affixit,  
quo firmitus ipsum quoque Ducem ca-  
pere decreverat.

§. CXXVII.

*Legati ad Burgundum a Regi  
missi.*

*Mém. de Co-  
min. edit.  
Holland an.  
1723 tom. I.  
cap. I.*

Ludovicus spe sua delusus omnium vi-  
tuperio sese expositum esse tam ini-  
quo ferebat animo, ut etiam illatam ho-  
nori sui injuriam a Burgundiæ Duce far-  
ciri postularet; quare Insulas, ubi mo-  
rabatur Dux, Morvillerium Cancellarium  
suum, Augensem Comitem, & Archie-  
piscopum Narbonensem misit, qui Ru-  
bempratum a Carolesio Comite suisse ca-  
ptum quererentur. Morvillerius igitur  
verba facit, ac nomine Regis postulat,  
ut Rubemprato in libertatem asserto, læ-  
sus Regis honor repararetur, ac Olivarius  
Marchianus Ludovico traderetur, eo-  
quod ille coram Duce Regem convitiis  
infectatus esset. Legatus tanta animi  
arrogantia, ac verborum vehementia  
perorabat, ut Carolesius Comes, qui præ-  
sens aderat, ad Narbonensem Archiepis-  
copum itidem Legatum conversus diceret:  
habe me Regis benevolentiae enixe com-  
mendatum, eique nomine meo dicito, quod  
quidem acerbius in me per suum Can-  
cella-

cellarium invehī ausus esset; ast necdum Sæcul. XV.  
emenso unius anni cursu illum temerita- A.C. 1464.  
tis suæ poenitebit. Post hæc Dux cri-  
mina sibi impacta diluere moliebatur, sed  
legati ejus rationibus quicquam deferre  
renuebant, unde post acerrimas utrinque  
objurgationes colloquium re infecta fo-  
lustum est.

§. CXXVIII.

*Vehementior Regis ira in Britannia, ac Burgundia Duces, & Carolesii Comitem.*

Jam dudum Ludovicus Rex Britannum  
ac Burgundum Duces clandestina cum  
Carolesio Comite consilia machinari su-  
spicabatur, postquam vero ea, quæ Insu-  
lis gesta fuissent, a suis Legatis inaudiit,  
conflatæ conjurationis suspicio Regi  
firmius insedit. Nihilominus foederati  
tanta dexteritate rem gessere, ut Rex ni-  
hil eorum, quæ agitata fuere, detegere  
potuerit, quamvis extremam prorsus ad-  
hiberet solertiam. Ceterum præcipua  
conspiracyis capita erant præfati tres  
Principes. Hi, ut sub auspiciis cujus-  
dam Principis Regio sanguine orti rem  
auspicari possent, Carolum Bituricensem  
Ducem Regis fratrem, qui tum non-  
nisi duodeviginti annos natus aliunde  
Ludovico minus carus erat, ad suas par-

L 5 tes